

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Styrenses effecit, quae omnia c. a. 1596 vel circiter facta sunt, ut postea latius videbitur.

Magnus tum temporis Styrae luctus erat, omnia plena erant querelis; de suis apostatis, volebam dicere apostolis, summopere dolebant.

Nomina praedicantium haec fuere: *Wolfgangus Lampel*, *M. Joachimus*, *Andreas N.*, *Balthasar N.* et quinti nomen cum cognomine excidit, nisi forsans parens illius insulsissimi *Schaidhauff* fuerit, qui tale monstrum post se Styrae reliquit. Synagogae ludimagister *M. Mauricius N.* vocabatur, cantor *Wilhelmus Clauser*, collega *Andreas Truchinger*, organista *Michael Kobinger*, tibicen *M. Balthasar Schmidperger*.

Nihilominus exercitium, quod in urbe prohibebatur, alibi non longe ab urbe in quadam parochia ad *Stain* dicta sub generoso *D. Wolfg. Sigismundo de Losenstain* instituebatur. Nam tota multitudo urbis ad certam quandam horam conveniebat atque ad eam parochiam more catholicorum in processione simul confluebat, sed haec simiaca processio non diu perduravit, siquidem brevi etiam interdicta est. Itaque plerique alii festivis et Dominicis diebus partim sese in *Stadtkirchen* partim ad *Losstainleiten* contulerunt, de qua re Styrenses graviter conquerebantur, praesertim ii, quorum infantes baptizandi essent et si quae nuptiae copulandae. Ut ergo Rmus. huic querelae Styrensiu contraret, de vero catholico paroco substituendo intense cogitare coepit summopereque hac in re laboravit. Re ergo ad *D. capitaneum Löbl* necnon ad episcopum Passaviensem, *D. ordinarium*, delata hic eius conatus et propositum collaudatum est certusque dies pro installando novo catholico paroco deputatus. A. itaque 1599, die 21. mensis Febr. in ipsa Dominica „*Esto mihi*“ vel Quinquagesima templum parochiale Styrensis urbis prius per Rmum. *D. suffraganeum D. Andream Hofmannum* s. Theologiae doctorem rursus expiatum et reconciliatum est. Deinde in praesentia dominorum commissariorum Caesareanorum, maxime *D. Löbl* et aliorum denuo novus primus parochus catholicus post exactos haereticos lupos investitus est, scil. Rev. admodum doctissimus atque clarissimus *D. N. Oberschwender*, doctor theol. et Summi Pontif. quondam alumnus. Atque tali modo haec parochia Styrensis ad suum pristinum statum, in quo a. 1440 fundata et consecrata fuit, laus Deo praepotenti, rediit.

Quae et qualia tamen postea Styrenses contra hunc *D. parochum* aliosque subsequentes non modo tentarint sed etiam reipsa perpetrarint, in subsequentibus annis recognosces et intelliges, de quibus hic plura dicere supersedeo. Rmus. hic *D. abbas* verus infractus malleus haereticorum fuit, qui primus apud Styrenses glaciem fregit. Sed neque

Protest.  
Pfarrre  
Stein.

Kath.  
Pfarrer in  
Steyr.